



AB

67 <sup>11</sup>  
67 f. 14



1. Schmidt J. Joh. Andr.  
triginta dissertationum  
Historico theologicarum,  
Jenae 1692.  
2. v. der Hurdt J. Herm.  
Janaz. in Cuccem  
profusus.

ov. Me



1  
~~Handwritten signature~~

PROPHETARVM PRIMVS

JONAS  
IN LVCEM

RECENSIONE PVBLICA

IN ACADEMIA IVLIA

A. MDCCXVIII. MENSE OCTOBRI

ADJVVANTE

HERMANNO von der Hardt

ACAD. IVL. SEN. ET PRAEP. MAR.



HELMSTADII,

---

TYPIS HERM. DAN. HAMMII ACAD. TYPOGR.



NOSTRIS! IONAE AMICIS!

**I**mminebat jam terminus aliquis in  
professionis meae Academicæ circu-  
lo, anno laboris publici *vigesimo octa-  
vo exeunte*, quando constitueram,  
celsissimis nostris curiis indulgentibus, ali-  
quot mensium spatio divertere ad exte-  
ros, ætate licet jam provecta. Hoc ne-  
gotium, quod divina providentia *longa  
hac annorum periodo* mihi tractandum de-  
stinaverat, in Fontium veteris testamēti  
lucem, immensis anfractibus circumscri-  
ptum, labores creaverat inexplicabiles.  
*Hac enim professio, quæ orientis scripta,  
autores vetustissimos, variis dialectis insi-  
gnes, recensere ac illustrare tenetur*, tam  
amplis & vastis spatiis se diffundit, ut vel  
centum manus, vel mille oculi, non suf-  
ficient quotidie illis recte expediendis.  
Tam grandia volumina, sacra & extera,  
vetustæ hebræorum gentis, Judæorum &

& Rabbinorum, veterum & recentiorum, tam magnis exercitiis, vixdum hactenus a Christianis salutata, in incredibili hodie philologorum solertia; non tam propter styli salebras, quam propter rerum obsoletarum aut data opera tectarum profundos recessus. *Fontes profecto sacri hebraei*, in tam numeroso commentantium coetu, in quibus viri excellentis ingenii, iudicii acuti, & laboris pertinacissimi, vix ac ne vix quidem, certe obiter hactenus aut leviter detecti. Restant pleraque & potissima, a capite ad calcem, a Mose ad ultimum prophetarum limitem. Poscunt hæc recondita monumenta *penitentiorem linguarum orientis cognitionem*, quam ipsi Judæi in primis quærent incunabulis, & se reperturos desperant, quide suis avitis vocibus inter se dissident & disceptant. Christianis hæc res relicta, antiquitatis scrutatoribus, artis dicendi peritis, & serenæ philosophiæ artibus, ad veteres orbis cognoscendos necessariis, instructis. Posthæc, qui non campi orbium veterum, quoad *vetustam geographiam ac topographiam*, orientis pariter & meridiei, vel & boreæ & occidentis? Sine quibus ocu-

lis vetustas illa omni caret lumine. Et hæc res judæis ignota, christianis novissime demum quæri cœpta, sua copia & amplitudine innumerabilis. Tentare hæc tenus licuit nonnullis, non perficere: factis, inchoasse. Par fortuna *historia antiquæ*, quoad gentium ortum, genium, mores, doctrinam, leges ac consuetudines; sine quibus curate perspectis nihil pervidetur in autoribus istis integri & solidi. Aliæ disciplinæ, artium periodis concinne jam clausæ, singulis fere annis reddeant eædem: Sed *in scriptis orientis recensendis nullus unquam finis*; quotidie nova & longa series, cum autorum illorum non sit numerus, & rerum abstrusarum non sit meta & mensura. Attento proinde ardui hujus studii curatori incumbit labor infinitus, ut eruat latentia, evolvat obscura, distinguat ancipitia. Ut si dicendum sit, quod res est, vix initium credi possit in hoc studiorum campo his seculis tam seris factum, qui hoc etiam ævo in limine videamur consistere. Hæc proinde doctrina operosissima, longissima & ponderosissima, quæ ferreos poscat humeros, & latera ænea, cum spirituum  
vigor



vigore & mentis luce. Analysecos, ut  
appellant, lusus, grammaticave elemen-  
ta, ad Academias non pertinent, nisi ut  
infelix prior neglectus compensetur sero.  
*Autorum recensio* res est ætatis hujus, in-  
geniorum, & ad virilem ætatem contem-  
nentium. Ludicræ istæ scenæ somniis  
pares, sed *scripta recensere integra*, viro-  
rum est vigilantium. Non mirum adeo,  
in tam remotæ antiquitatis scrutamine,  
& rubigine fere obsitorum autorum de-  
terfione, incidere quotidie innumera,  
prius unquam non visa aut animadversa,  
rerum momenta inopinata, geographiæ  
& historiæ vetustæ scrupulos subinde no-  
vos & grandes, ænigmatum montes.  
Hujus generis dubia, sine numero, mul-  
tis annis deprehensa, cocta & digesta, non  
epistolis commode, & cum absentibus vi-  
ris doctis colloquiis chartaceis expediun-  
tur apte. Rectius hæc, & curatius, &  
solidius, & brevius, adeoque promptius  
& felicius versantur *vivis* inter viros do-  
ctos, longe quoque absentes, *collocutio-  
nibus*, quibus os animusque vivunt &  
blandis affectibus respirant. Quando-  
quidem ergo & mihi hæc saxa viginti jam

octo annis, publice, nulla injecta mora,  
sine respiratione, curate versare contigit,  
ut illis difficultatibus esset insensendum,  
obvia facta in tam vetustis scriptis & mi-  
hi, præ numero non recensenda, & præ  
pondere vix commovenda *antiquitatis mo-  
menta*, quæ non chartis, sed sermonibus  
cum peritis tractanda. Sermonis in his  
vis major, & vultus atque oris conspe-  
ctus præsens, luculentiores mentis testes,  
quam chartarum & epistolarum tomi. Et  
dici his possunt, quæ calamus non capit.  
In talibus proinde cumulis & mihi ani-  
mus federat, *circulo illo professionis non par-  
vo, 28. annorum finito*, antequam vitæ in-  
cideret limes, exteros salutare viros, iis-  
dem arduis negotiis occupatos, in eun-  
dem aut non dissimilem scopum colli-  
mantes. *Belgas*, præ ceteris, *proavos*  
*meos*, & his literis inclytos, videre vo-  
lupe erat, aliquot mensium circulum cir-  
cumscribendo. *Westphalus* ego nativita-  
te, sed ex patre *Lubecensis*, & ex avito  
sanguine *Belga*, quem *Geldria* genuerat,  
Belgas in his momentosis literis consule-  
re & audire, & cum illis de reconditis o-  
rientis rebus viva voce conferre jucun-  
dum

dum fore existimaveram. Jam in prociñtu,  
indulgentiam curiæ quæsiturus; per *Bre-*  
*menses ad Groningenses, Lowardenses & Fra-*  
*nekeranos* commeaturus; *Harlinga* digres-  
surus, ad *Swollenses & Daventrienses*, in-  
deque *Hardevicum* ad *Geldriæ* fines: Ex-  
inde *Amstelodamenses* invisurus, ut & *Harle-*  
*menses, & Leidenses, Haga Comitis* observata:  
Porro *Delphos, Roterodamenses, Dordra-*  
*cenos & Ultrajectinos* comiter salutaturus.  
Hinc per *Neomagum*, ad proavorum sedem  
*Geldriam* divertendi animus. Unde *Wesaliâ*  
*Lipstadium, per Westphalos* ad nostras redire  
musas consilium erat. Hæc confabula-  
tionum futura erant theatra erudita, pro  
orbium veterum scenis intimius lustran-  
dis. Hujus itineris ducem præire videram  
pios *Wesseli Groningensis* manes: Et hujus  
adeo genium *Groningæ & Swollis*, ubi vi-  
xerat senex, qui primus apud Germanos  
*Reuchlinum* docuerat hebraica, fontium  
sacrorum defensor acer, alloqui summa vi-  
sa futura voluptas. Hunc peritum comitem e-  
legeram viæ & itineris fortunati. Illius sane  
& *Chrysolæ* memoria, itineris apparatus serva-  
bit vestigia. Ceterum, alia mens Numinis,

quod differre rem tantam in alios dies aut annos suavit, commodis Academiae nostrae potiori jure jam commendatis. Tueri iusta & candida bona praesentia, amplissimis publicis usibus dudum consecrata, consultius Numini visum, & emolumento communi augendo aptius, quam otium illud insidiis itinerum committere. Publica salus privatis quibuscunque commodis potior. Perstare alicubi satius immoto pede & colere fundum, etiam cum sudore, quam commendo aërem mutare; ne vel tantisper relictus locus, incultus neglectu sylvescat, & fecundus ager pro fruge tribulos ferat & spinas, sentes & vepres, in quibus & bufones nidulentur & aspides serpent.

Mutato sic consilio, pro divino arbitrio, novum vitae & rerum circulum, priori animi praesentia, ingredi libuit; quamobrem cum vigesimo nono functionis Academicæ anno *ad Prophetas publico programme* spectabilem eruditorum cœtum nuper invitavi. Erit hic labor non minor illo, quem hoc eunte anno novissime fecimus, *Pentateucho publice recensito*; erit suis locis & difficilior, ex historiae & geographiæ veteris imis recessibus; erit forte

&

& fructuosior, ex sublimiore prophetarum  
doctrina. Hic *publicus* jam labor noster  
proximis annis, si vitam largietur supre-  
mum Numen, & aër serenus adspirave-  
rit. Privatim *Basileensis Concilii Volumi-  
na octo vel plura ex MSctorum tenebris*  
in lucem vocare allaborabo. Sed & *ve-  
tustorum poetarum graecorum genium perele-  
gantem*, in mythis ipsorum absconditum  
hactenus, sua luce collustrare non inter-  
mittam; ut antiquitati, veritati, luci,  
omnibus modis opem ferre contingat.  
*Tergemini hi norvi labores*, tametsi vires  
frangere queant, animum reficere apti  
nati, cum praestet mente vivere, quam  
corpore valere. Quod corporis robori  
detrahi appareat, mentis accedit viribus.  
Nec vermium escam alere tanti, quanti  
spiritu roborari & mente assurgere. Iste  
vero in recensendis prophetis conveni-  
ens est *ordo*, qui vitae & officio singulo-  
rum congruit. Quapropter agmen du-  
cit inerito in his, quos superstites vide-  
mus, *Jonas*, qui post diuturnum silen-  
tium, a Jeroboamo prophetis imperatum,  
ausus est primus prodire; quem secuti  
dein *Amos, Hoseas, Esaias, Micha*, cum

senatu reliquo. Cumque primus post  
Elisam existeret Jonas, qui contra inter-  
dictum regium longum silentium rum-  
pendum intelligeret pro salute regni, *ele-  
gantissimam silentii rupti apologiam* texuisse  
animadvertitur. Præmittimus in am-  
pliolem usum *versionem græcam hebraicis*  
*vocibus parem*, pro vi & emphasi pere-  
grinæ illius orationis dilucidius cogno-  
scenda. Nec laboribus nec sumtibus par-  
cimus, nos & nostra pro publica salute sa-  
crificaturi. Scr. in Acad. Jul. A.  
MDCCXIX. vigilia Michaëlis, d. 28. Sept.  
Apoc. 12, 10.

*Spes alit agricolas!  
Fortior est, qui se, quam qui  
fortissima vincit mœnia.  
Dura lacertosi fodiebant  
arva coloni.*

Ἰωνᾶς,

Γωνᾶς, Jonas. Cap. I.

V. 1. **Ε**γένετο φρασὺς ὑπάρχουσι πρὸς Γωνᾶν, παῖδα τῆς ἡμιτῆς, τῷ μαρτυρεῖν. *Fatum verbum Dei ad Jonam, filium Amittai, dicendo:*

V. 2. **Κ**όμει, κελύθεις εἰς Νινευὴν τὴν ἀγορᾶν τὴν μεγάλην, καὶ παρ᾽ ἄγειλον αὐτῆς, ὅτι ἀνῆλθε πονηρία αὐτῶν ἔμπροσθεν μου. *Surge, i Niniven, urbem magnam. Et nuncia illi, quod ascenderit malitia eorum ad me.*

V. 3. **Α**υτὰρ ἐκόμει Γωνᾶς τὸ ὑποχωρεῖν εἰς Σάρδεις, μὴ εἶναι ἔμπροσθεν ὑπάρχουσι. *Ibat autem Jonas, ut discederet Sardes, a conspectu Dei.* Κατήρην ἦν εἰς Ἰόππην, καὶ ἐπεμάσαστο πλοῖον, βαδίζον εἰς Σάρδεις. Ἐδώκεν δὲ χρῆσιν αὐτῷ, καὶ κατήρην ἐπ' αὐτὸ, τὸ βαδίζειν μετ' αὐτῶν εἰς Σάρδεις, μὴ εἶναι ἔμπροσθεν ὑπάρχουσι. *Descendit igitur Joppen, et apprehendit navem, tendentem Sardes. Deditque navium ejus, et descendit in illam, ut iret cum illis Sardes, a conspectu Dei.*

V. 4. **Ε**ντεῦθεν ὑπάρχων ἔσειλεν αὔραι μεγάλην ὑπὲρ τῆς λαίμασι, ὅθεν ἐγένετο ῥοῖσι μεγαλεῖσι ἐπὶ τῷ λαίμασι. Τὸ δὲ πλοῖον ἐσκόπεε συντριεῖναι. *Tunc misit Deus ventum vehementem in mare; unde ortus est strepitus ingens*

ingens in mari. Navis autem minabatur naufragium.

V. 5. Ἐτρόμαν ἔν οι πλωτικοί, καὶ ἔπραζον ἕκαστος πρὸς τὰ λόγια αὐτῆ, καὶ ἔσειλαν τὰ ὄπλα, ὅσα περ ὄπι τῷ πλοίῳ, εἰς τὸ λαιτμα, τὲ λαγαρίζειν, μὴ εἶναι παρ' αὐτῶν. Tremebant igitur nauta, & clamabant quisque ad Numen suum, & mittebant supellectilem, quæ in navi, in mare, ad levandum ab illis.

Ἰωνᾶς δὲ κατήρκε πρὸς ἀκροτήρια τῆς νηὸς, καὶ αἰνίσκηψε, καὶ ἔδδεθαιεν. Jonas autem descenderat ad extremitates navis, decumbebat & dormiebat.

V. 6. Προσῆλθισε δὲ αὐτῷ ἔφορος ὁ ναύκληρος, καὶ ἔμαρτύρησεν αὐτῷ. Τί μὲν σοί γε, δευδῶν; κἄμει, παρακάλεσοι λόγια σε, ἀλλ' ἴσως φροντίσει ὁ τὰ λόγια πρὸς ἡμῶν, ἵνα ὑδ' ὅλως φθαρῶμεν. Accessit autem ad illum prefectus navicularius, & dixit illi: Quid tibi rei, somnolente! Surge, in voca Numen tuum, forte curam habebit Numen de nobis, (nostri) ne pereamus.

V. 7. Ἐμαρτύρησεν ἔν ἕκαστος πρὸς ἑταῖρον αὐτῆ. Ἀλλ' ἄγειτε, ἀναπάλλοιμεν (βάλοιμεν) ἂν πλήρης, ὅπως ἴδωμεν, ἐπ' ἴσχυρ ἢ πρὸς τίνος μὲν ἢ ποιηρία τοσαύτη παρ' ἡμῖν. Dixit igitur quisque ad alterum: Agite, quoniamus sortes, ut cognosca-



gnoscamus, ex quo aut propter quem infor-  
tunium hoc apud nos.

Αἰεπαλον ἐν κλήρεσ, καὶ ἐβλήθη ὁ κλῆρος ὑπὲρ  
Ἰωνᾶ. Vibrarunt igitur sortes, & cecidit  
sors super Jonam.

V. 8. Ἐμαρτύρησαν ἂν ἰφ' ὅσων περὶ ἡμῶν μένῃ  
ἀπορία τοσαύτη παρ' ἡμῶν; *Dixerunt igitur:*  
*Ex quo aut propter quem infortunium*  
*hoc nobis? Τίς μὲν ἐργολαβία σε; πόθεν πο-*  
*ρεύη; τίς μὲν χάρος σε; ἐκ πόσου μὲν δήμῳ τῆν;*  
*Quod negotium tuum? Unde venis? Qua*  
*patria tua? Ex quali populo tu?*

V. 9. Ὁ δὲ ἔμαρτύρει πρὸς αὐτοὺς Ἑβραῖος ἐγὼν, καὶ  
τὸν ἴπαρχοντα, λέγοντα τῶν μεταρσίων, ἐγὼν  
τρώμῳ, ὅσπερ ἔκτισε τὸ λαῖμα καὶ τὸ κατεψυμμέ-  
νοι. *Ille vero dixit eis: Hebraeus ego, &*  
*Deum, Numen caeli, metuo ego, qui condidit*  
*mare & aridum.*

V. 10. Ἐτρόμασαν ἂν οἱ ἄρσενες τρώμῳ μεγάλῳ,  
καὶ ἔμαρτύρησαν πρὸς αὐτόν. Διὰ τί μὲν τοσαῦτο ἔ-  
περξας; ὅτι ἠδεισαν οἱ ἄρσενες, ὅτι δὸν προσώ-  
πα ἴπαρχοντος αὐτοῦ ὑποχωρεῖ, ὅτι ἔδειξεν ἐπιεί-  
κους. *Timebant igitur viri timore magno, &*  
*dicebant illi: Quare hoc fecisti? Noverant*  
*enim viri, quod a conspectu Dei cederet,*  
*quia indicaverat illis.*

V. 11. Πάλιν ἔμαρτύρησαν πρὸς αὐτοὺς. Τί μὲν  
περξάσαι-

προξοίμιν σοι, ὅπως κατασιγήσῃ τὸ λαῖτμα, μὴ  
εἶναι ὑπὲρ ἡμῶν, ὅτι τὸ λαῖτμα κελεύθει καὶ ῥοιζεῖ.  
**Porro dixerunt illi: Quid faciamus tibi, ut  
quiescat mare, ne sit nobis adversum, quia  
mare pergit strepere?**

V. 12. Ἐμαρτύρησεν ἄν πρὸς αὐτάς. Αἰχίετε  
με, καὶ σέβετε μεεῖς τὸ λαῖτμα, τότε κατασιγήσει  
τὸ λαῖτμα, μὴ εἶναι ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι οἶδα ἐγὼ νῦν, ὅτι ἐπὶ  
τὸ, ὅσον πρὸς ἐμὲ ὁ ῥοιζὸς ἰμεγαλειος τοσούτος ὑπὲρ  
ὑμῶν. **Dixit igitur illis: Tollite me, &  
projicite me in mare, tunc quiescet, ne sit  
contra vos. Quia novi ego, quod propter  
me strepitus magnus hic super vos.**

V. 13. Διῶρευζαν δὲ οἱ ἄρσενες, πρὸς τὸ Ἰη-  
σρέφην πρὸς τὸ κατεψυγμένον· Αὐτὰρ εὐδολως  
ἔλαχον, ὅτι τὸ λαῖτμα ἐκελεύθει καὶ ῥροίξει ὑπὲρ  
αὐτῶν. **Sulcarunt igitur viri illi, ut red-  
irent ad terram, sed non potuerunt, quia  
mare pergebat strepere in illos.**

V. 14. Παρεκάλων ἄν ἴπάρχοντα καὶ ἐμαρτύ-  
ρην· Εἶα ἰὼν, ἴπάρχων! Πῶμαλα ἄν φθίνομεν  
Ἰη ψυχῆς τῆ ἄρσενος τοσούτῃ! καὶ πῶμαλα δι-  
δοτι ὑπὲρ ἡμῶν αἷμα αἰγνόν, ὅτι τὴν ἴπάρχων,  
ὡσπερ ἀγαπάεις πρῶτος. **Obsecrabant  
igitur Deum & dicebant: Eja Deus! Ne  
percamus propter vitam viri hujus, ne-  
que**

que imputa nobis sanguinem infontem.  
Nam tu, o Deus, uti vis, facis.

V. 15. Ἀνεσχήκασιν ἔν τὸν Ἰωνᾶ, καὶ ἔσειλαν αὐτὸν εἰς τὸ λαῖτμα. Τότε συνεσάθη τὸ λαῖτμα ἀπὸ τῆ ῥοίξυ αὐτῆ. Sustulerunt igitur Jonam, & miserunt eum in mare. Tunc constitit mare a strepitu suo.

V. 16. Ἐτρέμουν δὲ οἱ ἄρσεις τρέμω μεγάλῳ τὸν ὑπάρχοντα, καὶ ἔσφαξαν σφαγίαν τῷ ὑπάρχοντι, καὶ ἀντιεδώρησαν ἀντίδωρα. Timuerunt igitur viri isti timore magno Deum, & immolarunt (immolare constituerunt) sacrificium, & voverunt vota.

## CAPVT II.

V. 1. Ἐνεμε δὲ ὑπάρχων ἰχθὺν μεγάλην, πρὸς τὸ λαφύσσειν τὸν Ἰωνᾶν. Ἐγένετο ἔν ὁ Ἰωνᾶς Ἰππὶ μέσων τῆς ἰχθύος τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς ἡλύγας (νύκτας). Movit vero Deus piscem magnum (carchariam) ad deglutendum Jonam. Extitit igitur Jonas in pisce tres dies & tres noctes.

V. 2. Ἀνηβόλησε δὲ Ἰωνᾶς πρὸς ὑπάρχοντα, λόγια αὐτῆ, ἐκ μέσων τῆς ἰχθύος, Oravit igitur Jonas Deum, Numen suum, ex pisce:

V. 3. Καὶ ἐμαρτύρησεν. Παρακαλέσω ἔκ σέ-

νοχω-

νοχωρίας μου τὸν ὑπάρχοντα, ὃς ἀπαντήσῃ μοι.  
Ἐκ τοῦ ὕδατος ὀλέθρου κραυγάζω, συλλάμβανε λόγον  
μου. *Invocabo in angustia mea Deum, qui  
audiet me! Ex fundo mortis clamo, audi  
vocem meam!*

V. 4. Δὴ πῶς ἐξέλασάς με εἰς κλυδασμόν, ὅπῃ  
σπλάγχχνον λαϊμάτων, ὅπως ῥέεθρον σέφῃ μοι ὁ-  
λοὶ μεταωρισμοὶ σου καὶ κλύδωνες σου ὑπὲρ ἐμὲ πο-  
ρεύονται. *Sane projecisti me in fluctuationem,  
in medium maris, ubi flumen cingit  
me: Omnes fluctus tui & undae tuae super  
me eunt.*

V. 5. Ἐπὶ ἐγὼνὴ μαρτύροισι. Ἐξωρίσθη  
μὴ εἶναι ἐγὼ ἡ γλῆσσός σου, καὶ τοὶ ὀπίσθησοι πα-  
πταίνου πρὸς βασιλικὴν ἀγιότητος σου. *Quan-  
quam ego dixerim: Expulsus sum ab ocu-  
lis tuis: Attamen denuo viderim (me vi-  
surum spero) palatium sanctitatis tuae  
(caelum). Ἀμφιβαίνουσιν με νάματα ἔσσε ψυ-  
χὴν, πόντος σέφῃ μοι, τὸ φῶς ζευχθεὶς κάρῃ  
μου. Cingant me aquae ad vitam; pon-  
tus ambiat me; alga alligata sit capiti meo:*

V. 7. Πρὸς ἀποχίσεις ὄρειοι κατήκοοι, ἠέ ξηρὸ  
βλήθροισι αὐτῆς κατάπερ με εἰς τὸ μέλιμα ὅμως  
ἐξελεῖς ἀπ' ἐξολοθρέυστος ψυχῆς μου. ὑπάρχων,  
λόγια μου. *Ad extremitates montium de-  
scenderim: Terra repagulis suis sit circa  
me*

me : tamen educes ab exitio vitam meam !  
Deus, numen meum !

V. 8. Ἐπὶ τῷ λειποθυμῆν ὑπὲρ ἐμῆ ψυχὴν μου,  
τὸν ὑπάρχοντα ἀναγνωρίζω πάντως προσβαίη  
πρὸς σε ἀντιβόλησις μου πρὸς βασιλικὴν ἀγιότητος  
σε. Dum deficiat in me animus meus,  
Deum agnosco : Omnino venerit ad te  
supplex oratio mea , ad palatium tuum  
sanctum ( coelum. )

V. 9. Συντηρῆντες πλάσις ψεύδους, χρεστότητα  
αὐτῶν ἀποτάσσειν. Qui observant formas  
ementitas ( idola, ) pietatem suam ( pro-  
missa sua, c. I, 16. ) deseruerint:

V. 10. Ὡμως ἐγὼν ἐπὶ λόγῳ αὐθῆς σφραγίσ-  
σω ἄν σοί. ἔσονται ἀντιδωροῦ, ὁμαλίσσω ἄν.  
Tamen ego cum oratione devota sacrifi-  
cabo tibi. Quod sponendi ( c. I, 16. )  
præstabo omnino. Ἡ σωτηρία τῷ ὑπάρχοντι.  
Salus Deo.

V. 11. Ἐπειτα ἐμαρτύρησαν ὑπάρχων τῇ ἰχθύϊ,  
ὅπως προσωχθήσῃ τὸν Ἰωνᾶν εἰς καπιψυγμῆιον.  
Dein dixit Deus pisci, ut evomeret Jonam  
in aridum.

### CAP. III.

V. 1. Ἐπειτα ἐγένετο φρασὺς ὑπάρχοντος πρὸς  
Ἰωνᾶν σινδυασικῆ, τῷ μαρτυρεῖν. Dein  
habebat

fiabat verbum Dei ad Jonam secundò, di-  
cendo:

V. 2. *Κόμει, κελύθει πρὸς Νινευὴν, τὴν ἀγο-  
ρὰν τὴν μεγάλην, καὶ παράγγειλε αὐτῇ τὴν ᾠδὴν γε-  
λίαν, ὅσπιν περ ἐγὼνι φραδέω σοι.* I, vade  
Niniven, urbem illam magnam, & denun-  
cia illi mandatum, quod tibi dico.

V. 3. *Ἐκόμει ἄν Ἰωνᾶς, καὶ ἐκελεύθεισεν εἰς Νι-  
νευὴν, κατὰ φρασὸν ἱπάρχοντος, (Νινευὴ δὲ ἦν  
ἀγορὰ μεγάλη τοῖς λογίοις) κελευθῆ τριῶν ἡμε-  
ρῶν.* Ivit igitur Jonas, & contendit Ni-  
niven, juxta verbum Dei (Ninive autem  
erat civitas magna Numini,) itinere tri-  
um dierum. (Tres dies inter Ninivitas  
egit & commeavit in urbe.)

V. 4. *Ὅποτε κατέβαλεν Ἰωνᾶς βαδίξεν ὅπτι τῇ  
ἀγορᾷ κελευθῆ ἡμέρας μίας τινὸς, τότε παρήγγει-  
λε καὶ ἐμαρτύρησεν ἔτι τεσσαράκοντα ἡμέραι, καὶ  
Νινευὴ κατασφραφήσεται.* Quando cœpit Jo-  
nas ire in urbe commeatu unius diei, tunc  
prædicavit & dixit: Adhuc 40. dies, &  
Ninive subvertetur.

V. 5. *Τηνικαῦτα ἐπέμειναν ἄρσενες Νινευῆς τοῖς  
Λογίοις, καὶ παρήγγειλαν νηστειαν, καὶ ἐσολίαθησαν  
ράκεισι,*

ράκεισι, ἀπὸ μεγάλων αὐτῶν ἔτε ὀλιγοςὺς ἐκεί-  
νων. Tunc crediderunt cives Ninives Nu-  
mini: Et indixerunt jejunium, & induc-  
runt detrita, a magnis ad parvos ipsorum.

v. 6. Ὅποτε ἤλπισεν τὸ πρᾶγμα πρὸς γνωμο-  
λόγον Νινευῆς, τότε ἐκόμει ἀπὸ καθουσίας αὐτῆ,  
καὶ ἀφῆρεν Φαιδρότητα αὐτῆ, μὴ εἶναι ὑπὲρ αὐτῆ,  
Quando pervenit hæc res ad regem Ni-  
nives, surrexit de sede sua, & removit splen-  
dorem suum à se, καὶ ἔσκεψεν ἑαυτὸν ῥάκει,  
καὶ ἐπεκαθεζέτο ὑπὲρ τῆς τέφρας. Textit se de-  
trito, & confedit in cinere.

v. 7. Καὶ ἐκήρυξε καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰπὶ Νινευῆς,  
ἐκ μύθου τῆς γνωμολόγου καὶ μεγαλείων αὐτῆ, μαρ-  
τυρῶν. Ὁ ἄνθρωπος καὶ τὸ βόσκημα, καὶ ὁ βέ-  
κερος, καὶ ὁ γόνος, πώμαλα γευματιζήτωσαν  
μηδαμὸν, πώμαλα Φερβήτωσαν, καὶ νάμασι πώ-  
μαλα ποτιζέδωσαν, Denunciavit ergo &  
dixit in Ninive, ex sententia regis & ma-  
gnatum ejus, dicendo: Homo & pecus,  
bos & foetus, ne gustent quicquam, ne  
pascant, & aquam ne potent;

v. 8. Καὶ σκεφθήτωσαν ῥάκεισι ὁ ἄνθρωπος  
καὶ τὸ βόσκημα, καὶ πῶμαλα καλεσάτωσαν τὰ λό-  
για ἐπὶ ἰχυρότητι, καὶ ἀποσρεψάτω ἕκαστος ἀπὸ

τροχιάς αὐτῆ τῆς πονηρᾶς, καὶ ἀπὸ τῆς κατα-  
δυνασείας, ὅσην περ ἐπὶ κάρποις αὐτῶν. Et te-  
gantur detritis homines & pecus: Et in-  
vocent Numen valide, & convertatur  
quisque a via sua mala & injuria quæ est  
in manibus eorum.

V. 9. Ὅστις ἀνσύνειδε, ἀπέσρεψάτω, καὶ μετα-  
γνώσοιτο ὁ τὰ λόγια, καὶ ἀπέσρῆψι ἀπ' ὀργῆς  
πιέσματι αὐτῆ. Quisquis agnoverit, con-  
vertatur: Et mutaverit sententiam Nu-  
men, & recedat ab ira animi sui, ὅπως ἕδὸ-  
λως φθίνωμεν, ne pereamus.

V. 10. Ὅπότε εἶδεν ὁ τὰ λόγια τὰς πρά-  
ξεις αὐτῶν, ὅτι ἀπέσρεψαν ἀπὸ τροχίας αὐτῶν  
τῆς πονηρᾶς, τότε μετέγνω ὁ τὰ λόγια ὑπὲρ τῆς  
πονηρᾶς, ὅσον περ ἔπειθε δέουκει πράξασιν αὐτοῖς, καὶ  
ἕδὸλως ἔπραξεν. Quando vidit Numen o-  
pera ipsorum, quod se convertissent a via  
sua mala, tunc poenituit Deum mali, quod  
statuerat facere illis, & non fecit.

#### CAP. IV.

V. I. **Δ** Τῆρσε δὲ τῷ Ἰωνᾷ δυσαρρήσει μεγα-  
λῆ, καὶ ὠργίσθη αὐτῷ (πνεύμα.) Dis-  
plice-



plicebat vero Jonæ displicentiâ magna, & efferbuit illi (animus.)

V. 2. Αντιεβόλησεν ἔν τῷ Ἰπάρχοντι, καὶ ἔμαρ-  
τύρησεν· Εἶα νῦν, ὦ Ἰπάρχων! Ἀλλ' ἕχθι τοσούτο  
τὸ πεφραδμένον με, εἴ τι ἔντος με ἐπὶ χθοῖ με;  
παρ' ἐκεῖνα ἐπικατελάμβανον ὑποχωρεῖν εἰς Σάρ-  
δεις· ὅτι ἦδειν, ὅτι τὴν μελεδωνέου εὐγνώμων, καὶ  
δικτίρμων, ἀνυργησία ὑπωπία, καὶ περισσὸς χρηστότητι,  
καὶ μεταγινώσκων ὑπὲρ τῆς ποιηρίας. Obsecra-  
vit igitur Deum, & dixit: Eja, o Deus!  
Nonne hoc dictum meum, cum adhuc  
essem in terra mea? Propterea præverti  
fugere Sardes: Quia noveram, quod tu  
esses curator clemens & misericors, lon-  
ganimis, & multæ benignitatis, qui mu-  
tet sententiam damni inferendi.

V. 3. Ἄρτι ἔν, ὦ Ἰπάρχων, κατάλαβε ἄν πῆν  
ψυχὴν με, μὴ εἶναι μετ' ἐμῶ, ὅτι εὐδοκιμότερον ἀ-  
ποθανεῖν με μᾶλλον διαγωγῶν με. Nunc er-  
go, o Deus, tolle vitam meam a me, quia  
præstat mori quam vivere.

V. 4. Ἐμαρτύρησε δὲ Ἰπάρχων· Ἡ εὐθύ ἀρ-  
γία σοι (πνεῦμα;) Dixit vero Deus: Num  
recte efferbuit tibi (animus?)

V. 5. Ἐξήισατο δὲ Ἰωνᾶς ἐκ τῆς ἀγορᾶς, καὶ ἔπεικαθέζετο κατέναντι τῆς ἀγορᾶς, καὶ ἐσκέυασεν ἑαυτῷ σκηνὴν, καὶ ἔπεικαθέζετο ἐποκάτω αὐλῆς, ὅπῃ τῷ ἐπιηλυγισμῷ, ἔσεπέρ θεωρήσῃ, τί μὲν γενήσεται περὶ τῆς ἀγορᾶς. Exiit vero Jonas ex urbe, & confedit e regione urbis, & paravit sibi tuguriolum, & confedit sub illo, in umbra, donec videret, quid futurum de urbe.

V. 6. Ἐνεμε δὲ Ἰπάρχαν ἰτά λόγια σιλλικύπριον, ὃ ἀνίτειλεν ὑπερῶν τῷ Ἰωνᾶ, γενέσθαι ἐπιηλυγισμὸν ὑπὲρ κάρατος αὐτῷ τῷ ἐξελεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς ἀμοιρίας αὐτῆ. Apparavit autem Deus, Numen, ricinum, qui ascendit super Jonam, pro umbra super caput ejus, ad eripiendum eum ex molestia ejus. ἐγάυσκεν ἔν Ἰωνᾶς ὑπὲρ τῷ σιλλικυπρίν γανύσει μεγάλη. Gavifus igitur Jonas de ricino illo gaudio magno.

V. 7. Ἐπειτα ἔνεμει ὃ τὰ λόγια σκόληκα Ἰπῆ τῷ ἀνατελεῖν τὸν ἔρθρον τῆ ἐπαύριον, ὃς ἐκοψε τὸ σιλλικύπριον, ὅπως ἐπιξηρανθῆ. Dein apparavit Numen vermem, sub ortum auræ, altero die, qui incidit ricinum, ut exaresceret.

V. 8.

V. 8. Πάλιν ἐγένετο, καὶ ἔξορμαῖν τὸν ἀκάμαν-  
λα, τότε ἔειπεν ὁ τὰ λόγια αὐραυ, τὴν καλεναῖον,  
καυσηραῖν, καὶ ἔκοψεν ὁ ἀκάμας τὸ κάρρα τῆ ἰωνᾶ,  
ὅπως ἐκλείπηαι. Porro evenit; cum ortus  
effet sol, apparavit Numen auram orien-  
talem, æstuantem. Feriit igitur sol ca-  
put Jonæ, ut animo deficeret.

Προσελιπαρήσεν ἔν ἀντὶ ψυχῆς αὐτῆ ἀποθα-  
νῆν, καὶ ἐμαρτύρησεν. Εὐδοκίμος θάνατος με μάλ-  
λον διαγωγῶν με. Optavit igitur pro vita  
sua mortem, & dixit; Præstat me mori,  
quam vivere.

V. 9. Τηνικαῦτα ἐμαρτύρησεν ὁ τὰ λόγια πρὸς  
ἰωνᾶν. Εἰ ἐσθὺ ἀργίαθη σοι ( πνεῦμα ) ὑπὲρ  
τῆ σιδαικυπρία; ὁ δὲ ἐμαρτύρησεν. Εὐθὺ ἀργίαθη  
μοι, ἔσε θάνατον. Tunc dixit Numen ad  
Jonam: Num juste efferbuidisti de ricino?  
ille v. respondit: Recte efferbui, usque  
ad mortem.

V. 10. Ἐπειτα ἐμαρτύρησεν τὴν ἐρχων. Τὴν  
οικτίρεις ὑπὲρ σιδαικυπρία, ἐφ' ὅσω περ ἐδόλωσ ἐμό-  
λησας, καὶ ἐδόλωσ ἐμεγάλωσας αὐτὸ, ὡς ἀπειτὸς  
ἠλύγης ἐγένετο, καὶ ἀπειτὸς ἠλύγης ἐφθάρη.  
Dein dixit Deus: Te miseret ricini, quem  
non procurasti, nec extu isti eum, quod  
intra

intra noctem prodierit , & intra noctem perierit.

V. II. Ἐγώη δὲ ἐδόλωσ' οἰκτιροίμι ὑπὲρ Νινευῆς,  
τῆς ἀγόρας τῆς μεγάλης, ἣ ἴσηπερ ἐστὶ περὶ σ-  
σῶς, μᾶλλον ἢ σὺνδυσκαί μορὶς μυριάδες ἀνθρώπων,  
ὅσπερ ἐδόλωσ' διανοεῖ ἐν ἐντίμῳ αὐτῆς πρὸς ὄμαλον  
αὐτῆς, καὶ βίσκημα περισσόν; Me vero non  
miseret Ninives, urbis magnæ, in qua  
abunde, plus quam duodecim myriades  
hominum, qui non norunt dextram suam  
præ sinistra sua, & pecus copiosum?

*Mansuetus Jonas in canis  
marini carchariæ faucibus  
vivus. Virtus & humanitas  
subinde absorpta, fluctuum  
abysfis nunquam extincta,  
salva semper & incolumis.  
Humanitati inbiant monstra:  
Sed miseret Deum inhumani-  
tatis. Scr. in carcharia, A.*


1718. d. 30. Sept. 1. 2. 3. 4.

Octobr.

Ⓔ (○) Ⓔ





































































AB:67  $\frac{11}{f, 14}$

X2500964

421.





150. De  
doctrina, si  
Quid prodes  
si nostræ. cu  
pugnant ad  
confert affur  
lis est, ut pala  
temptum. p  
codicem exo  
bidini, qui  
gula, qui irac  
angelica præ  
dat osculum  
pacem, quan  
tatem, qui co  
rus livore tab  
ulciscendi li  
in proximun  
gerit animo  
scet inimicit  
& adorat ev  
vitæ studiis,  
quem velut  
philosophia  
mus pectori  
cervicem

F



PROPHETARVM PRIMVS

# JONAS IN LVCEM

RECENSIONE PVBLICA  
IN ACADEMIA IVLIA  
A. MDCCXVIII. MENSE OCTOBRI  
ADJVVANTE  
HERMANNO von der Hardt  
ACAD. IVL. SEN. ET PRAEP. MAR.



HELMSTADII,

TYPIIS HERM. DAN. HAMMII ACAD. TYPOGR.

